



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Örigenus Tōn Eis Tas Theias Graphas Exēgētikōn Apanta Ta Ellēnisti Heuriskomena

Cui idem præfixit Origeniana, Tripartitum opus, quo Origenis narratur vita,
doctrina excutitur, scripta recensentur

Origenes

Rothomagi, 1668

XXII. Quo tempore extrema supplicia Daemonibus vel inflictata vel
infigenda Origenes crediderit.

urn:nbn:de:hbz:466:1-25059

bonos Paulinum istud Tertullianus in libr. De fuga, cap. 10. Times hominem, inquit, Chri- A
stiane, quem timeri oportet ab Angelis, siquidem Angelos iudicaturus es: quem timeri oportet a Damo-
niiis, siquidem & in Damones accepisti potestatem.

Genebrard
Collect. c. 6.

XXI. Origenis sententiam mollire satagit S. Thomas part. 1. quaest. 113. art. 7. & post
illum Genebrardus in Collectaneis: quasi id sibi voluerit, Angelos duci in iudicium pro pecca-
tis hominum, non quasi reos, sed quasi testes, ad convincendum homines de eorum ignavia. Hanc
responsionem fulcire conatur Genebrardus Homilia Origenis undecima, in qua ha-
bentur nonnulla à superioribus dissona; in extremo nempe iudicio adfuturos quidem
Angelos cum hominibus, sed examen & iudicium nequaquam subituros. Operapretium
fuerit verba ipsa adducere. Igitur unusquisque Angelorum in consummatione saeculi aderit in iudicio,
educens eos secum quibus praesuit, quos adiuvit, quos instruxit, pro quibus semper vidit faciem Pa-
tris qui in caelis est. Et puto etiam ibi inquisitionem futuram, non quidem an cultura hominum Ange-
lus defuerit, sed an cultura Angelica nequaquam digne segnitia humana responderit. Tum deinde lo-
cum illum Pauli exponit 1. Cor. 6. 3, ex quo ad figmentum illud de iudicio in Angelos
statuendo procedendum fuit inductus: Quod si ita est, inquit, erit ergo etiam inter Angelos &
homines iudicium Dei; & forsatis iudicabuntur aliqui cum Paulo, & consecratur laboribus eius, & fru-
ctibus qui ex multitudine credentium veniunt: & forte invenietur in laboribus superior etiam aliquibus
Angelis; & ideo nimiram dicebat: Aut nescitis quia Angelos iudicabimus? Non quod ipse Paulus iudicet
Angelos, sed quod opus Pauli quod egit in Evangelio, & erga animas credentium, iudicabit Angelos,
non enim omnes, sed aliquos Angelorum. Quorum germana sunt & ista è Tom. 11. in Matth. p.
217. πούτοις δὲ οὐκ ἀπολαύσει ὁ παρ' αὐτοῦ τῆς ἐπίτης, ἢ τῆς ἀγίας ἀγάπης εἰς κρείττους οἱ ἀδελφοὶ οἱ ἐν
τοῦ βλαβερῆς, καὶ ἴσως ἐκείνων πεισθῆσι ἐκείνους; αὐτὰ δὲ φησὶν οὐκ ἀγνοῦντες πῶς ἀγάπης, ἢ καὶ
παιδείας οἰκονομίας ἐν πνευματικῶν, ἀλλ' ἐὰν τοῦτοι πάντες διαφέρῃσι τοῖς ἐργασίαις, ἢ ἐν
θεσπίαις ἀεζήσομεν γὰρ καὶ πῶς εἰς ἀπείρουσι ἀγγελοὶ φησὶν καὶ ἰδοὺ οὐκ εἶπεν) πάντες ἀγγελοὶ
οἰδομεν καὶ πῶς ἀγάπης κενήσομεν, ἔπον μὴ λήθω) πάντες ἀγγελοὶ. In his Origenes pro-
dit animi sui levitatem & inconstantiam pro more suo. Quisquis autem ad locum alte-
rum, quem sua responsione diluere conatur Thomas, caute attenderit, ejus excep-
tionem parum probabit. Talia illa sunt Homil. 24. in Num. Sape diximus animarum, qua
in Ecclesia Dei sunt, curam, procuracionemque haberi per Angelos, quosque etiam ad iudicium venire
cum hominibus ostendimus, ut illo divino constet examine utrum sua desidia peccaverint homines, an
monitorum, custodumque negligentia. Nam si ut testes tantum, non ut reos statum iri Ange-
los significatum voluisset Origenes, quod contendit Thomas, non utique de eorum ne-
gligentia perinde ut de hominum desidia quaestionem habitum iri dixisset. De alienis
quippe facinoribus testimonium dicunt testes; ipsorum vero causam non agitur.

XXII. Ex duobus, quos attulimus, Petri & Iudæ locis, & altero illo Matthæi 8. 29.
Et ecce clamaverunt dicentes, Quid nobis, & tibi Iesu, fili Dei? venisti hic ante tempus torquere nos?
in eam prolapsus est sententiam Origenes, nullas nunc Damonibus irrogari poenas, ne-
que portio iri irrogatur, donec extremo iudicio supplicij aternis addicantur. Id propo-
nit dogma Hom. 8. in Exod. & ex 8. Matth. v. 29 confirmat, poenasque inter hominum
& Daemonum id interesse vult, quod illi castigentur in hoc mundo, ut purgatiore ad futu-
rum saeculum pergant, & ultra Diabolo suq non efficiantur in poena; hi vero neque corripiantur pro
peccato, neque flagellantur, omnia namque eis servata esse in futurum: ejus hanc rationem sub-
dit: quoniam indigni sunt qui in presenti saeculo corripiantur, sed in futuro recipient quae merentur.
Consentanea sunt quae ex Origene subministrant Catenæ in Exod. 20. 5. Ἐσούτω χεῖρ
inquit, ἡ ἀβελόη. αὐθιγῆς δὲ οὐκ ἔστιν ἐν τῷ κόσμῳ, καὶ ἔτι πῶς, ἔτι καὶ οὐκ ἔστιν. ἢ γὰρ ἀβελόη
ἐστὶ τῆς κολατίας τῆς δόξης τοῦ θεοῦ. ἢ γὰρ δύναι) εἰπαὶ ὁ ἀβελόη, κλέπτει, καὶ θυμὸς σου ἰδίῳ ἔχει με, καὶ
τὸ ἔχει ἔχεις. ἢ γὰρ οὐκ εἶπεν αὐτῷ ὁ θεός, ἀλλ' ἔγωγε κολατώμαι κατὰ τὸ μῦθον ἃ εἶπεν κο-
λατώμαι. καὶ ἢ τῶν εἰς τοὺς ἀβελόη ἀναπαύσασθαι. Aliam adducit causam Homil. 13. in
Num. postquam eundem Matthæi locum ad testimonium citavit: Et ob hoc, inquit, neque F
Diabolum r. movit à principatu saeculi hujus, quia adhuc opus est opera ejus ad perfectionem eorum qui
coronandi sunt: opus est adhuc opera ejus ad exercitia certaminum & victorias beatorum. Subjungit
postmodum Balaami idcirco incantamentis Deum intercessisse, quia alterum alioquin
evenire necesse erat, vel Populum Dei perditum dari, si Daemonibus à Balaamo accessit
arbitrij sui facultati libere obsequi licuisset; vel si arbitrij sui libertate deminuti fuissent,
fuisse hoc, damnaße rationabilem creaturam, & ante tempus intulisse iudicium, & impedisse omnibus,
qui adversum eos in agone certantes poterant coronari: Si enim Damonis aufertur libertas arbitrij, nul-
lum ultra impugnatum athletæ Christi, nullo autem impugante, nec certamen aliquod futurum; &
sublato certamine, nullum futurum premium, nullam victoriam. At Homilia 15. in Ios. novum
quid ac memorabile comminiscitur: quotiescumque enim Dæmon aliquis post paratas
homini

A homini pio infidias, victus est ab eo, pugna exceedentem cęstus artemque reponere, & apud Inferos, vel destinatum sibi locum abeuntem non amplius hominibus ad nequitiam sollicitandis operam suam conferre: hinc imminuto Damonum tentatorum numero faciliores esse ad Christi fidem aditus, pluresque ad Deum converti, quam cum integris copiis nefarii illi hostes decertabant; id quod Scripturarum demum auctoritate conatur probare. Cū ait autē Adamantius Homil. 35. in Luc. *Neque enim omnes omnium sunt adversarii, sed singuli singulos habent, qui ubique eos sequantur, & sunt comites*: id ita conciliari potest cum superioribus: quos vinci ab hominibus, & victos dixit tentandis ijs abistere, eos significavit qui per intervalla faciunt impressiones & bellum adversus homines movent; qui autem perpetui comites hominibus assignati adherent, ijs vero jus suum integrum etiam superatis & hominum pietate confutatis remanere. Planissime vero sensus super hoc argumento suos enarrat libr. 1. *αὐτὴ ἀρχὴ*, cap. 6. quem locum jam supra produximus: *Intem tam in his que videntur, & temporalibus faculis, quam in illis que non videntur, & aterna sunt, omnes isti pro ordine, pro ratione, pro modo, & meritorum dignitatibus dispensantur, ut alij in primis, alij in secundis, nonnulli etiam in ultimis temporibus, & per majora ac graviora supplicia, necnon & diuturna, ac multis, ut ita dicam, faculis tolerata, asperioribus emendationibus reparati & restituti eruditionibus, primo Angelicis, tum deinde etiam graduum virtutibus, & sic per singula ad superiora provelti, usque ad ea que sunt invisibilia & aterna perveniant, singulis videlicet quibusque celestium Virtutum officii quadam eruditione in specie peragratu.*

C XXIII. Vanus sane esset ac supervacaneus labor, Patrum omnium nomina & verba producere, quotquot post admissum scelus non statim in Tartarum detrusos Angelos sentire, sed *damni licet pena*, ut vocant, affectos, *pena tamen sensus* ac suppliciorum esse expertes. Consulatur Bellarminus libr. 1. De beatit. Sanctor. cap. 6. Gravius illud est, quod Patrum illorum complures sensisse refert Eusebius, ne aeternis quidem cruciatibus sese damnatum scivisse Diabolum, antequam publice illud Christus ac palam prædicasset. Atque hinc in omne nequitia genus prorupisse, passimque hæreses disseminasse narrat Isidorus Pelusiota, libr. 2. Epist. 90. *αὐτοῦτος ἔφ' ἑσθ' ἰουρὴν ἀποστασίας ἢ ὄσον, σφοδρῶς τινες ἰσχυροῦτε καὶ ἡμῶν, καὶ τὰς αἰρέσεις ἔπεισε*. Audito sententia adversum se lata decreto, acius spiravit in nos, & hæreses peperit. Origenislibr. 7. De præpar. Evang. in eo capite quod inscriptum est: *αὐτὴ ἀνεπιβλήτων δυνάμεων*, ubi postquam Damones propter impietatem in Tartarum præcipitatos fuisse dixit, partem exiguam ad exercendam piorum hominum sanctitatem circa terram fecisse moram, ac idololatriam in homines invexisse tradit. Origenislibr. 7. Cassianus Collat. 7. cap. 17. ubi profligari Damones, & pugna exceedere statuit, quotiescunque ab hominibus vitia ea expugnantur, quibus ipsi præfunt. Ut autem careret his Patrum subsidiis Origenes nosster, hæreseos nota nondum decreto illi apposita est, quod *penam sensus* à Damonibus removel, donec postremo iudicio in abyssum relegentur.

E XXIV. Diximus supra opinatum fuisse Origenem rerum omnium ratione pollentium unam esse eandemque naturam, easque pro meritorum inæqualitate vel evchi ad Angelorum ordines, vel in humana corpora deprimi, vel Damones etiam evadere. Aliud quid excoegitavit præterea nostra commemoratione & disquisitione dignum, hominum nempe sanctitate conspicuorum animas ipsos esse Angelos, non propter peccata in hominum ordinem redactos, sed aliis de causis extraordinaria illuc legatione à Deo missos. Prostant doctrina huius monumenta Tom. 12. in Matth. p. 291, ubi ait, quemadmodum humanae Christi naturæ Verbum conjunctum est, ita proportionem quadam Angelos, tamquam Verba, sese Prophetis adjunxisse: *Ἐσέρχεσθε, inquit, εἰ δυνάσασθε ἐν πύλαις ταῖς ἀεσθηταῖς ταυδόντας ἀκαλοζίας πάσας ἐξορκίζοντες αὐτοὺς ἢ μὴ ἔχοντες ἐπίδοξ; μηδὲ κἀλλῶν λόγων ἀσπερ ἢ ἔρχεσθε ὁ υἱὸς τοῦ ἀδελφοῦ σου ἐν τῇ πόλει ταύτῃ, ὅτι καὶ ταῖς αἰρέσεσιν αὐτῆς, ὅτι καὶ ἀσθαλοὶ γινώσκοντες οἱ εἰσὲς αὐτοῦ τὰς πόλεις, κατ' αὐτὴν ὄψασθαι*, & ἀκαλοζίας σάροντες ἢ ἰουρῆν διέξεν. Tomo quoque secundo in Iohann. pag. 76, Iohannem ait non aliam habuisse causam cur in mundum veniret, quam ut de luce testaretur; & addit paulo post Angelos Christi imitatores humanum induisse corpus, quo Christi in homines amorem amulantes, promovenda ipsorum saluti infervirent: *καὶ ἐπὶ ἀπύχα πῶτος ἐν τῇ αἰωνίῃ ἰουρῇ λόγῳ ζῆτῆντες αὐτῆ ἢ ἀποσταλῶν, ὅτι ἀρχαῖος ἑσάνομαι ἡμῶν ἔσεν, ἢν αὐτὴ αὐτὸ ἔρχομαι, αὐτοῦτον μὲν ἰσχυρῶς αὐτὸ ἀσθηταῖς ἰδοῦ ἰσχυρῶς ἐλλῶν ἢ ἀσθητῶν μου αὐτὸ αὐτοῦτον σὺ, ὅτι καὶ αὐτὸ ἀσθητῶν σου, ἰσχυρῶς μὴ ποτε εἰς τῶν ἀσθητῶν ἀσθητῶν τῶν ἀσθητῶν ἐπὶ λειτουργίᾳ καὶ ἀσθητῶν) τῆ σὺ πῶτος ἡμῶν αὐτοῦτον μὲν ἢ ἰδοῦ δυνάμειν τῆ ἀσθητῶν τοῦτου πάσης ἀσθητῶν ἀσθητῶν τῶν ἀσθητῶν καὶ ἀσθητῶν ἀσθητῶν πῶτος ἢ μμῆκας γερῶναι χεῖροσ, ἀσθητῶν ἀσθητῶν τῶν ἀσθητῶν τῶν ἀσθητῶν) ἢ ἀσθητῶν τῶν ἀσθητῶν αὐτῶν γερῶναι*. Hac deliramenta deinde libri cuiusdam apocryphi, cui titulus est Precatio Iosephi approbare nititur, & ex eo etiam quod exultavit Iohannes in Elizabethæ utero, quodque Iacob inter & Esau discrimen illud à Deo constitutum est, futurum ut major serviat minori. Nec multo superius hæc leguntur in iisdem Commentariis: *πῶτος ὁ τῶτος τομῶν ἰσχυρῶ ἢ ἰσχυρῶ τῶν ἀσθητῶν ἀσθητῶν*

Euseb. Hist. Eccles. libr. 4. cap. 18.